

Reformatio Salariorum ⁊ mercedum: officialium Prouincie Romandiole ⁊ Exarchatus Rauenne.

Venditur Ceſene

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Gregorius Magalotus Epiſcopus Cluſinus Prouincię Romandiolę et Exarcatus Rauennę Preſes.

NOlentes: ſicut Nobis cōmiſſi officij cura regrit. Auditores / Gubernatores / ⁊ alios Prouincię Romādiolę: ⁊ Exarcahatus Rauennę officiales immūdas ⁊ rapaces man⁹ habere: ⁊ Sācte. Rom. Eccleſię fideles: ⁊ deuotos ſubditos ab his; vt hactenus nō ſine eoꝝ magno incommodo factum eſt: indebitis ſolutionibus grauari: De mandato Sāctiſſimi Dn̄i. N. Pauli tertij viuę vocis oraculo / de ſup Nobis facto / habita matura: ⁊ diligenti informatione / infraſcriptā ſalarioꝝ / ⁊ mercedum officialium reformationem Juxta antiquam ⁊ laudabilem conſuetudinem deſcribi: ⁊ publicari mandauimus Cū ſiquis Auaritia ductus / ⁊ ſalutis ſuę immemor: cōtrafecerit: Sciat Se indignationis prefati S. D. N. ⁊ officij nr̄i Seueritatis Penā abſq; ſpe venię ſubiturum.

De Officio Preſidis.

PReſes Prouintię: cum debeat pro ſuorum prouincialium tranquillitate: ⁊ Juſtitia omnem curam / ⁊ ſollicitudinem: gratis: ⁊ paterno affectu impendere: pro quibuscunq; ſententijs: decretis: cauſarum cognitionibus: tam in ciuilibus / ꝙ in Criminalibus nihil penitus accipiat: Sed ab eo / veluti patre in vtilitatem filiorum omnia quę ad eius officium ſpectant / ſine pretio ac mercede concedantur.

De officio Auditoris curie generalis ⁊ eius mercede Jn cauſis ciuilibus.

IN executiuis ſententijs vbi non interuenit rei contradictio: nec aliqua cauſę cognitio / habeat Auditor denarios quatuor pro libra valoris: ⁊ eſtimationis rei petitę vſq; ad quam cunq; ſummam ſi mandatum traditum fuerit / Dūmodo ſportulę nō excedant quantitatē trium ſcutorum / alſ ſi mandatum non fuit traditum / ꝙuis decretum / nihil accipiat: ⁊ mandatum nō detur creditori; niſi die ſequenti / quo decretum fuit. ⁊ ſi interim debitor comparuerit / audiatur: ⁊ Auditor nō habeat in eodem negotio ſi oportuerit in contradictorio cauſam cognoſcere / niſi ſemel ſportulas ſecundum preſentem reformationem.

¶ Jn executiuis vero / vbi interuenit rei cōtradictio: ⁊ aliqua cauſę cognitio / Si mandatum executiuum traditū fuerit / pro qualibet libra valoris: ⁊ eſtimationis rei petitę habeat denarios ſex vſq; ad quācunq; ſummam: Dūmodo ſportulę non excedant quantitatem ſex ſcutoꝝ: Si vero mandatum traditum nō fuerit / quia debitor terminū ad ſoluendum petierit vel aliter cōcordatū fuerit. nihil accipiat / niſi parte inſtante protinus ſtaditum fuerit: Quo caſu habeat ad rationem ſupradictam.

Jn ordinarijs vel cōmiſſarijs nō executiuis / vbi interuenit cauſę cognitio / ⁊ rei cōtradictio / habeat in totū ſolidū vnū p qualibet libra (vt ſupra) vſq; ad quācunq; ſum-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

mam Dūmodo ſportulę non Excedant quantitatem duodecim Scutorum.

In ſententijs interlocutorijs / vim diffinitiuę habentibus / quę poſt ſe aliam Sententiā non Expectent: ꝛ per eam / totum negocium / de quo agitur / termineť: habeat Auditor medietatem eiꝰ / quod in ordinarijs haberet / ſi diffinitiuā Sententiam tuliſſet: Si vero poſt ſe aliam ſententiā Expectarent / a quinquaginta ſcutis ſupra / cuiuſcūq; valoris vel quantitatis ſit cauſa principalis / habeat Scutum vnum: A quinquaginta infra medietatem vnius ſcuti nec vltra petere poſſit: Sed In interlocutorijs non habentibus vim diffinitiuę nihil accipere poſſit.

Et ſi contigerit poſtquam cauſa eſt inſtructa vſq; ad ſententiam excluſiue partes deuenire ad concordiam / habeat Auditor pro ſportulis medietatē eius / q̄ haberet ſi pronunciatū fuiſſet / Niſi ſportulę fuiſſent p litigantes depoſitę / Quas eo caſu reſtituere non teneatur: Et Auditor ſi fuerint ſportulę p ſententia ſolutę / nihil poſſit petere p commiſſione executionis ſententię / Niſi nouus proceſſus fieret / ſuper Executione petita rei iudicatę: Et tunc habeat prout de ſententijs interlocutorijs dictum eſt. Pro primo: ꝛ ſecundo decreto in contumatiā rei / nihil habeat Auditor / niſi cauſę cognitio interuenerit: Et tunc accipiat / prout in cauſis executiuis dictum eſt.

Ceterum ſi in vno eodēq; negocio ac ſententia plures quātitates ad diuerſas perſonas ſpectantes / quātuncunq; ſeparatim cōprehēderenť / Auditor nō poſſit habere mercedem / niſi ad rationē prędictā / ac ſi eſſet vna quantitas vel perſona coniunctim: Quę merces ſoluať equali portione / et p rata ſummę debitę ab habētibꝰ intereſſe.

Sed ſi in aliqua cauſa Ciuili alicuius magnę importantię Auditorem oportuiſſet multum laborare / ac ſtudere / Ita q̄ maiori mercede dignus videretur: Preſes Prouincię / qualitate cauſę / labore ac ſtudio Auditoris conſideratis arbitrio ſuo mercedem augeat ꝛ arbitretur.

Aduocati ꝛ Procuratores ſub pena infamię ꝛ ſuſpenſionis ab officio ac partes litigantes non poſſint ſub pena centū ducatorū aliquid vltra p ſportulis dare vel offerre: dari / vel offerri facere: Nec Auditor ſub eiſdem penis accipere poſſit.

In cauſis criminalibus Et primo de ſententiis Abſolutoriis.

In ſententijs abſolutorijs a pena capitali in quā Reus fuit in contumaciā vel aliter condemnatus: ꝛ vt doceat de innocentia cōſtituit ſe in carcere / vel alias fuit captus / pro ſportulis habeat Auditor ſcutos decem.

In ſimilibꝰ ſententijs / ꝛ caſibus a pena āputationis mēbri vel ſanguinis citra mortem habeat ſcutos ſex: In abſolutorijs a pena quacūq; corporali vel corporis afflictiua citra ſanguinē: ſcutos tres / Niſi pena corporalis p aliq̄ Rei delicto p bādimēto vel aliter impoſita ſit. Quo caſu p abſolutoria habeat dimidiū eiꝰ quod p prime dictū ē.

In ſententijs abſolutorijs a pena capitali vel corporis afflictiua Rei nondum cōdemnati / Si Reus a deo vrgentibus indicijs ꝛ argumentis laborabat / vt de Jure torqueri potuiſſet Idem: quod in Reo condemnato ſeruetur.

Si vero nō potuiſſet de Jure torqueri / ſed ad inquirēdū indicia expectabat / Pro abſolutoria nihil habeat Auditor Niſi Reo inſtāte ꝛ petente ſententia abſolutoria lata fuerit: Et Tunc Auditor habeat medietatē eius qđ haberet ſi Reus potuiſſet de Jure

torqueri: Si autẽ Inditia nõ extarent vel ſaltem ad inquirendum ſufficientia: Auditor Teneatur gratis Reum etiam petentem ⁊ inſtantem abſoluere.

In abſolutorijs a penis pecuniarijs ſeruata ſemper, ſuprascripta diſtinctiõe de indutijs, habeat ſolidum vnum pro qualibet libra / pro quacunq; ſumma: Dũmodo quantitatem non excedat decem ſcutorum.

Sed ſi aliquis fuiſſet abſolut⁹ a pẽa capitali vel corporis afflictiua: ⁊ in eadẽ ſententia cõdẽnatus in penã pecuniariã / habeat Auditor ſportulas pro abſolutione: vel ratã pene pecuniarie ſecundũ ordinationẽ ſupradictam arbitrio ſuo: Ita q̃ non habeat / niſi vnam mercedem pro abſolutione ⁊ condemnatione reſpectiue facta.

In abſolutorijs ſententijs ſi in vna eademq; ſententia plures perſone abſoluerent in caſib⁹ in quib⁹ ſportule ſoluerent: ſi abſoluti exceſſerunt numerũ triũ: Auditor ⁊ Notari⁹ maleficiorum habeat ad rationem predictã a pretis abſolutis ac ſi vltra tres in abſolutoria non comprehenderentur: Quod equali portione debeat per abſolutos ſolui.

De ſententiis condemnatorijs.

In condemnatorijs pecuniarijs habeat ſecundũ cõſuetudinem decimas / non condemnationis: ſed ei⁹ ſumme in quã Reus cũ camera ſe compoſuit / moderandas arbitrio Dñi Preſidis ſecundũ contingẽtiã caſuum ⁊ quantitatem penarum, ⁊ perſonarum qualitatem Sed ſummam quinquaginta ſcutorũ excedere non poſſint / quantumcunq; magna ſit quantitas / In quam Reus condemnatur vel componitur.

In condẽnatorijs capitalib⁹ vel corporis afflictiuis nihil petere poſſit / niſi pena capitalis vel corporalis fuerit in pecuniariam commutata / vel bona fuerint confiſcata ⁊ fiſco incorporata. Et tunc habeat ad rationem predictam: Sed decime quantitatẽ ſuprascriptam non excedant.

Pro preſentatione ⁊ viſione cuiuslibet gratie ⁊ abſolutionis alias preſentate viſe nihil accipiat: Si vero non fuit amplius preſentata ⁊ viſa / habeat Auditor ſcutum vnum pro eius labore.

Auditor coram eo Litigantes ac eorũ Aduocatos / vel procuratores / libenter audiat Ac requiſitus teneatur dubia cauſarum coram eo vertentiam partibus dare: Studeat quantum poteſt cauſarum breuitati Procuratorum ⁊ Aduocatorum cauillationes / ſubterfugia / ⁊ non neceſſarias dilationes reijciat: Pauperum ⁊ miſerabilium perſonarum / ac viduarum / pupillorum ⁊ mercedum / mercatorum cauſas / ac in ſummis quibuſcunq; a vigintiquinq; libris infra ſine petitiõe / ſummarie extraiudicialiter / ⁊ ſola veritate inſpecta / ⁊ ſine ſcriptis / ſi qualitas cauſe patitur audiat ⁊ expediat / Appellationes friuolas non admittat: ſed illis reiectis ſententias per ipſum latas exequatur: procuretq; omni qua poteſt ſollicitudine venientes ad curiam ne expenſis grauentur / celerius quo fieri poterit expedire / ferijs quibuſcunque ⁊ ex qualibet cauſa introductis non obſtantibus / preterq̃ in ſollemnibus feſtiuitatibus in Dei honorem ex precepto vniuerſalis eccleſie introductis.

Et Auditor cõtra aliquẽ inquirere nõ poſſit ſine inditijs ad inquirendũ ſufficiẽtib⁹ Niſi ex aliqua vrgenti cauſa: ⁊ tunc de mãdato Preſidis: alias inquiſitio: ⁊ quicquid inde ſequitur ſit nullum / ⁊ vitio nullitatis ſubiectum.

In cauſis Criminalib⁹ vbi vrgentia ſunt inditia anteq̃ ad queſtionẽ procedat ſi pro parte Rei dare copiã inditiorũ fuerit requiſitus / nunq̃ ſub pena arbitrij Preſidis

aliquem torqueat / niſi indicijs cum termino ad purgandum datis: ⁊ illis diſcuſſis: ⁊ Reo ad largam poſito / vt poteſtatem habeat Procuratores ⁊ Aduocatos de ſuis defenſionibus informare: Et neminem queſtioni ſubiciat / niſi pro Crimine capitali: Et niſi pena corporalis vel grauis pecuniaria imponi deberet: Pro leuibus autem delictis a tortura abſtineat / ne maior ſit inueſtigationis ꝙ delicti pena.

Et ſi aliquis fuerit captus pro quacunqꝫ pena pecuniaria / ſi Auditor non habuerit indicia ad q̃ſtionẽ ſufficiẽtia / ſub fideiuſſore capti relaxet / donec per illuz expedierit.

In quibuſcunqꝫ cauſis in ſententiando ⁊ declarando ſeruet ſtatuta / ordinationes / conſuetudines loci illius / cuius ſunt coram eo litigantes / ſi allegata fuerint ⁊ probata.

Litigantes coram eo niſi eorum Cauſe Ciuiles ſint per Preſidem eidem ſpecialiter commiſſe; ad Judices ſuos remittat / Niſi litigantes ſint eiuſdem loci / in quo Auditor contigerit cum curia morari: Nec aliquas cauſas a Judicib⁹ ordinarijs ad ſe aduocare poſſit. Nec prefatis Judicib⁹ ſine ſpeciali cõmiſſiõe Preſidis inhibere: Et cauſas inceptas coram eo / in loco in quo moratur / ⁊ non finitas ante diſceſſum remittat ad ordinarium eiuſdem loci / in his in quibus reperiuntur terminis: Niſi ſint inſtructe ſiue monitio facta ad ſententiaz / vel eidem per Preſidẽ cõmiſſe.

Item Auditor non poſſit alicuius bona deſcribi mandare / niſi in caſibus in quibus de Jure veniret confiſcatio bonoruz / vel vbi timeretur de eorum aſportatione vel dilapidatione / ad quam deſcriptionem / niſi neceſſarium fuerit non procedat.

Et ad ſuſpitiones euitandas / et finem litibus imponendum / ſi in aliqua cauſa ciuili vel criminali Auditor per aliquem ex partibus ſuſpectus allegatus fuerit / vel aliter adiũctus peritus / eo caſu Auditor prefatus in dicta cauſa ad vlteriora procedere nõ poſſit / neqꝫ illam terminare Niſi cum interuentu ⁊ conſilio Gubernatoris vel Auditoris / Si Juris peritus fuerit illius Ciuitatis / in qua cũ Curia morã trahit / Qui per preſentem reformationem in adiunctum in caſu predicto eidem Auditori ex nũc datus eſſe intelligatur. Qui vna cum Auditore debeat dictam cauſaz cognoſcere / ⁊ terminare. Quod locum non habeat in cauſis executiuis / liquidorum inſtrumentorꝫ Nec in cauſis Pupillorum Viduarum / ⁊ miſerabilium perſonarum / Niſi per dictas perſonas Auditor ſuſpectus allegatus fuerit / vel adiunctus peritus.

De officio Cancellarii curie generalis Et eius mercede.

In primis pro qualibet patente facta Gubernatori cuiuſlibet Ciuitatis Prouincie habeat Scutos tres / ⁊ Julios tres. Item pro qualibet patente facta Cancellarijs Gubernatorum Scutum vnum / ⁊ Julium vnum. Item pro qualibet patente facta Baricello generali Prouincie ſcutos quatuor / ⁊ Julios quattuor. Item pro qualibet patente facta alijs Baricellis Prouincie priuatis Scutos tres / ⁊ Julios tres Item pro qualibet confirmatione poteſtarie cuiuſlibet Ciuitatis / pro primo ſemeſtri tantum Scutos duos / ⁊ Julios duos: Pro Cõfirmatione reliquorum ſemeſtrium Scutum vnum / ⁊ Julium vnum /. Et hoc de poteſtatibus Ciuitatum: pro confirmatione vero poteſtatum aliorum locorum ſoluatur medietas eius / quod ſupra dictum eſt.

Item pro qualibet littera cū ſigillo iulium vnum. Item pro quibuſlibet litteris patentibus familiaritatis / vel teſtimonialibus / ſiue ſimilium rerum cum Sigillo Iulios duos. Item pro expeditione cuiuſlibet ſupplicationis commiſſionis Cauſę ciuilis & cum aduocatione cum littera ſigillata Iulios duos: In criminalibus vero duplū.

Item pro expeditiõe cuiuſlibet ſupplicationis vt ſupra ſine littera In ciuilibus Iulium vnum cum dimidio. In criminalibus Iulios tres: Quod locum habeat in locis vbi Curia moratur vbi littera non eſt neceſſaria.

Itē pro qualibet littera in fauorem Cõmunitatis / Collegij / vel Vniuerſitatis iulium vnum cum dimidio.

Item pro qualibet ſaluo conductu de pena Capitali ad beneplacitum / vel ad longū tēpus Scutos duos / & Iulios duos. Item pro qualibet ſaluo conductu de eadem cauſa ad breue tempus ſcutum vnum & iulium vnum. Quod intelligatur ſi fiat per duos menſes. Item pro ſaluo conductu pro pena amputationis mēbri vel ſanguinis citra mortem ad longum tempus ſcutum vnum / & iulium vnum: Si ad breue tempus medium ſcutum & iulium vnum. Sed pro ſaluo conductu ex cauſa criminali / pecuniaria / vel corporis afflictiua citra ſanguinem per quodcunqꝫ tempus medietatē vnius ſcuti & iulium vnū. Et ſi comprehēſi in dictis ſaluis conductibus eſſent vltra tres / habeat cancellarius pro qualibet excedenti numerum trium medietatem eius quod ab vno habuiſſet (vt ſupra dictum eſt) Dūmodo non excedat numerum ſemptē perſonarum: Et tunc ab excedentibus nihil Cācellarius accipiat: Sed ſolutio / quę dicta eſt / in vtroqꝫ caſu ſoluatur a comprehenſis in ſaluo conductu equali portione.

Itē p qualibet moratoria ꝯceſſa ad quodcūqꝫ tēpus iulios duos. Itē p qualibet moratoria quinquennali / vel ceſſione bonorum / medietatem vnius ſcuti & Iuliū vnū.

Itē p qualibet licētia delationis armorū / vel eūdi ad venādū / vel de nocte ſine lumine vel ſimili iulium vnum: Sed Ciuitatibus quę ex priuilegio apoſtolico nihil p licētia armorū ſoluere debent / gratis talis licētia cōcedatur. Item pro qualibet confirmatione Priuilegiorum / ſtatutorū / decretorū alicuius Communitatis / Collegij vel Vniuerſitatis / ſiue particulariū perſonarū / vel rerū ſimiliū ſcutū vnū & iuliū vnū / Niſi confirmatio eſſet magnę importantię: Et tunc ſtetur arbitrio Pręſidis.

Itē pro qualibet ſupplicatione compoſitionis pecuniarię ſcutos quinqꝫ p qualibet cētenario partis penę / de qua cū effectu facta fuit gratia: Et habeat Cācellarius iuliū vnū p qualibet ſupplicatiōe cuiuſcūqꝫ fuerit quātitatis p ſua ſcriptura / Reſeruato arbitrio Pręſidis moderandi & defalcandi dictam mercedē in ſummis exceſſiuis: Sed ſi contingeret per cancellariū ante ſententiā expediri p ſupplicationē aliquā cōpoſitionē pecuniariā / & nō appareret de aliqua gratia / quę fuiſſet facta compoſito habeat Cācellarius ad rationē triū ſcutorū pro centenario penę / de qua fuit facta cōpoſitio / & iuliū vnū pro ſupplicatione cuiuſcūqꝫ ſit ſummę. Itē p expeditione ſupplicationis gratię / capitis / & confiſcationis bonorum ſcutos decem & iulios decem.

Itē pro expeditione cuiuſlibet gratię pro abſciſſione manus / & cuiuſlibet mēbri reſſoſione oculorū / vel pro pena ſanguinis ſcutos tres & iulios tres. Itē p ſupplicatione gratię a pena quacunqꝫ Corporis afflictiua citra Sanguinē Scutos duos / & iulios duos. Item ſi alicui fuerit gratioſe remiſſum Exilium ſi erat relegatus ad longum tempus / habeat cancellarius Scutos duos / & Iulios duos: Si ad breue tempus Scutum vnum & Iulium vnum: Si perpetuo erat deportatus Scutos tres / & iulios tres. Item ſi alicui per ſupplicationem fuerit gratioſe remiſſa pena furis / habeat Cācellarius p ſupplicatione gratię ſcutū vnū / &

BIBLIOTECA … ROMA · VITTORIO EMANUELE

iuliū vnū. Si vero condemnatus redemerit penam capitis / ſanguinis / vel corporis afflictiuam: ſiue exilium / vel penā funis / ꝛ cū camera ſe cōpoſuit / habeat cācellarius pro ſupplicatiōe redēptionis medietatem eius / qđ dictum eſt de gratia mera.

Et ſi in vna eadēq; gratia a penis capitalibus / vel corporis afflictiuis / plures ꝙ tres comprehenderentur / habeat Cancellarius ad rationē p̄dictam a dictis gratiatis ac ſi in gratia vltra tres non comprehenderentur: Quod equali portione debeat per dictos gratiatos ſolui.

In reliqs vero / quę in pręſenti reformatione nō ſunt deſcripta / procedat ſecūdū capitulū magis ſimile ſupra poſitū: In cuius defectum Pręſes mercedē arbitretur.

Et ne pro negotijs Cancellarię / veniētes ad Curiam in hoſpitijs detineantur debeat Cancellarius / ſub pena arbitrij Pręſidis infra eundē diem quo fuit ſibi cōmiſſum negotiū p Cācellariā expedire / Niſi qualitas negotij longius tēpus poſtulauerit.

De officio Notarii curie Generalis ad cauſas criminales ꝛ eius mercede.

In primis pro reſponſione fienda inquiſitioni cum fideiuſſione ſolidos octo. Item pro productione cuiuſcunq; ſcripturę ſolidos duos cū dimidio. Itē p copia data parti p quolibet folio / tā indiciorū / ꝙ aliarū ſcripturarū / dimidiū carlenī / in quibuſcūq; cauſis pręter capitalibus in quib' habeat dimidiū Julij. Itē p copijs authēticis pro quolibet folio habēte lineas viginti p qualibet facie: ſolidos: quattuor pręterꝙ in capitalibus in quibus accipiat ſolidos quinq;: Et nō poſſit Notari' cogere partes ad accipiēdū copias authēticas: nec authēticas ſcripturas pductas in copijs authēticis inſerere / niſi de volūtate partium. Item p qualibet cōparitione / ꝛ actu ſolidos duos. Item pro examine cuiuſlibet teſtis tā pro Notario / ꝙ pro Judice ſolidos decem tā in delictis pecuniarijs / ꝙ corporis afflictiuis. Item in cauſa capitali carlenos tres pro quolibet teſte examinato etiam ſi domi alicuius factum ſit examen. Dūmodo nō extra locū vbi generalis curia moraṫ. Sed ſi materię ſup quibus examinari debe ret / eſſent exceſſiuę ſalariū pędictū augeaṫ arbitrio Pręſidis / ſed pro examine teſtiū pro informatione curię vel alias ad fiſci inſtantiā facto Notarius nihil habebat. Itē p rogatione cuiuſlibet fideiuſſionis de pręſentādo ꝛ cuiuſcūq; alteri' tenoris iuliū vnū. Item p caſſatione cuiuſlibet fideiuſſionis iuliū vnū. Itē pro quolibet mandato de relaxando aliquem detentum pro pena pecuniaria iuliū vnū. Pro pena vero corporis afflictiua iulios duos. Pro pena capitali iulios tres. Et hoc in caſibus in quibus nihil accipit Notarius pro rogitu ſententię / vel ante ſententiam per Auditorem relaxatio commiſſa fuerit.

Item pro rogatione ſententię etiam authenticę / ꝛ eius executione / ſiue mandato In abſolutorijs habeat Notarius dimidiam partem eius / qđ accipit Auditor pro ſportulis ſeruata ſupradicta diſtinctione de Auditore: Et ſine alia mercede proceſſum circundare teneatur / Et Sententiam etiam authenticam dare. Et in caſu in quo nihil Auditor accipit pro ſententijs abſolutorijs / nihil habeat Notarius: Niſi pro eius ſcriptura (vt ſupra dictum eſt) de mandato de relaxando: Et neminem ad accipiendum proceſſum authenticū cogere poſſit. Et ſi ſentētia nō fuit lata / ꝛ proceſſum circundari oporteret / habeat notarius ſi de pena capitali tractatur carlenos quinq;

 ſi de corporis

ſi de corporis afflictiua tres, ſi de pecuniaria duos / Et idem ſeruetur in abolitione proceſſus in caſibus in quibus per pręſentem reformationem vel aliter abolitio conceditur. Item in condemnatorijs habeat ſimiliter dimidiam partem eius, quod Auditor accipit ſecundū ordinationē / & declarationē ſupra factam de Auditore: Et eo caſu pro mandato de relaxando & circundatione proceſſus nihil accipiat: Et ſtare debeat moderationi & deſalcationi quam ſecundum quantitatē penarum per Pręſidem fieri contigerit.

Et ſi aliquis principaliter nō habens intereſſe voluerit alicuius condemnati ſententiam ſi eſt pecuniaria ſoluat p copia authētica Julios tres: Si corporis afflictiua Julios quinqȝ: Si capitalis ſcutum vnum Pro proceſſu accipiat ad rationem copiarum Teneaturqȝ ſententiam / vel proceſſum tam coniunctim, ꝙ diuiſim arbitrio petētis dare: Et ſi in vno eodemqȝ negotio plures perſonę cauerent, vel inquiſitioni reſponderent: Si numerum decem perſonarum excelſerint, habeat notarius a quolibet excedente / medietatem eius / qđ ab vno habuiſſet Quod equalibus partibus ab omnibus ſolui debeat.

Et ſi contigerit fieri aliquam bonorū deſcriptionem / habeat notarius id quod in ferī de Baricellis Ciuitatum dictum eſt. Et ſimiliter ſi oporteret notarium equitare ad aliquē locū pro aliqua informatione recipienda / vel teſtibus examinandis / habeat expenſas victus pro ſe, equo, & famulo, & medietatem vnius ſcuti / ſingulo die ab illo ad cuius inſtantiam mitti contigerit.

De officio Notarii curie Generalis ad cauſas ciuiles Et eius mercede.

In primus pro pręcepto cum ſigillo, carlenū vnū. Item pro qualibet citatione ſigillata carlenū vnū: Si citatio ſit ſine ſigillo ſolidos duos. Itē pro citatione in forma cum inſertione cōmiſſionis / & inhibitione cum ſigillo ſolidos viginti quinqȝ. Itē pro productione cuiuſlibet inſtrumenti ſolidos duos. Item pro productione petitionis & libelli ſolidos duos. Itē ſi ſcriberetur petitio aliqua penes acta ſolidos duos. Itē pro productione cuiuſlibet ſcripturę exceptionū, & aliarū ſcripturarum ſolidos duos Itē pro copia cuiuſlibet ſcripturę / pro qualibet carta / cōtinēte lineas viginti pro facie ſolidos duos cū dimidio. Itē pro proceſſu authentico / p quolibet folio cōtinente lineas viginti p qualibet facie (vt ſupra dictū eſt) ſolidos quattuor, et nō poſſit notari⁹ inſerere ſcripturas authēticas / niſi de ꝯſenſu partis quas in fine litis, teneat gratis reſtituere parti pducēti. Itē p quolibet termino incōſeſſum / & ad pbādum incumbētē ſolidos duos. Itē p examine cuiuſlibet teſtis, tā p parte examinatoris / ꝙ iudicis iuliū vnū Niſi materię eſſent multū exceſſiuę et tunc poſſit petere vſqȝ ad ſolidos decē, & an materię ſint exceſſiuę / ſtet arbitrio Pręſidis. Itē p qualibet cōparitione ſeu ſcriptura facta penes acta ſolidos duos. Itē p qualibȝ replicatiōe ꝯtra cōparitionē ſolidū vnū. Itē p qualibȝ pteſtatione in ſcriptis ſolidos quattuor / ſi facta fuerit penes acta ſolidū vnū cū dimidio. Itē p rogitu ſentētię authētice & ei⁹ mādato executiuo habeat notari⁹ dimidiā partē ei⁹ / qđ habet Auditor p ſportulis: & idē habeat p ſentētia interlocutoria vim diffinitiue habēte: & teneat ſentētiā authēticā parti ſine alia mercede cōcedere. Itē p rogatione cuiuſlibȝ fideiuſſionis ſolidos tres. Item p qualibȝ ſequeſtro cum ſigillo carlenum vnum. Item pro reſponſione fienda cuilibet poſitioni dena-

ROMA

rios quattuoꝛ ſoluendos a partibus ſecundum conſuetudinem loci. Item pro rogatione cuiuſlibet pręcepti ſolidos tres. Item pro auctentico cuiuſlibet ſcripturę pro quolibet ſolio continente lineas viginti pro qualibet facie, ſolidos quattuoꝛ. Item pro qualibet littera cum ſigillo ſolidos quinqꝫ. Item pro pronūtia facta penes acta / quę non habeat vim ſententię ſolidum vnum:

De Officio Baricelli curie Generalis ⁊ eius mercede. ⁊ pꝛimo in Ciuilibus.

In executionibus Ciuilibus tam realibus / ꝙ perſonalibus / habeat Baricellus pro qualibet libra ſi executionem fecerit in loco in quo cum curia moraꝛi contigerit denarios ſex pꝛo quacunqꝫ dūmodo non excedat quantitatem ſex ſcutorum. Si vero pro executionibus faciendis equitare contigerit / habeat ſolidum vnum pro qualibet libra vſqꝫ ad quamcunqꝫ ſummam / dūmodo non excedat quātitatē duodecim ſcutorum. Et idem ſeruetur in executionibus faciendis pro camera. etiam vigorē recꝑte ſaliarum / Niſi ex cauſa viſum ſit Theſaurario / vt minus accipiat: Et tunc Baricellus teneatur ſtare oꝛdinationi Theſaurarij Prouincię.

In Criminalibus.

Si Baricellus pręfatus pro delicto capitali aliquē ceperit cōdemnatū / vel cōdemnandū / ſi vltimo ſuplitio tradatur / habeat de ſpolijs vel bonis illius ſcutos decē Si vero nihil habuerit / nihil petere poſſit. Si vero ceperit Reū cōdemnatū vel condemnandū in penā amputationis membri / vel ſanguinis: Si fuerit mēbrū abſciſſuꝫ / ⁊ pena ſanguinis executa habeat ſimiliter de ſpolijs ⁊ bonis Rei ſcutos quinqꝫ cū diſtinctione ſupꝛadicta. Si ceperit Reum cōdemnatum vel cōdemnandū in penā corporis afflictiuā / Uiꝫ fuſtigationis aut torturę / vel ſimilis: Si fuerit fuſtigatus vel tortꝰ / habeat ſimiliter ſcutos duos cū dimidio / cū diſtinctiōe ſupradicta. Si autē Baricellꝰ ceperit aliquē ꝑ verbis iniurioſis pro inſulto / ⁊ rixa ſine armis / ꝑ ſuſpitione de nō offendēdo / ꝑ eūdo de nocte ſine lumine / ꝑ ludo illicito / vel ſimilibꝰ leuibꝰ delictis / habeat idem qđ de Baricellis ciuitatum dictum eſt infra: Et idem ſeruetur de relaxato pendente proceſſu ante expeditionem cauſę.

Si autē ex ꝑ̄dictis cōdēnatis vel cōdemnādis ſua diligētia / induſtria / ⁊ arte ceperit aliquē: ⁊ pena vltimi ſuplitij / mutilationis vel ꝑſonalis / fuerit in pecuniariā cōmutata: Uel accipiat ad rationē ſupra taxati ſalarij arbitrio ſuo / vel habeat ꝑ executione penę pecuniarię ad rationē ſolidoꝝ duoꝝ ꝑ libra: dūmodo nō excedat quātitatē triginta ſcutoꝝ ſi vero nō ex ſua induſtria ſed ex cōmiſſiōe verbo / vel in ſcriptis habita habeat ad rationē vniꝰ ſolidi cū dimidio / ꝑ q̄libet libra ſi equitauerit: Si executio facta foret in ciuitate in q̄ cū curia moraꝛ / ſolidū vnū ꝑ libra dūmodo nō excedat q̄ntitatē viginti ſcutoꝝ: ⁊ hoc intelligatur ad rationē quātitatis / in ꝙ Reꝰ / vt ſe redimeret cū camera cōpoſuit / ⁊ nō eiꝰ ſummę in quam Reus fuit cōdēnatus. Si Reo in caſibꝰ prędictis per Pꝛincipē / vel aliter gratioſe pena fuit remiſſa / habeat Baricellꝰ ſalariū ſupra taxatum / ac ſi pena miſſa foret executioni / vel alias arbitrio Pręſidis;

De penis Pecuniariis.

SI Baricellus ceperit aliquē condemnatū vel condemnandū in penā pecuniariā ſi ſua induſtria ⁊ arte / habeat pro eius executione / ad ratonē ſolidoꝝ duoꝝ pro qualibet libra / dūmodo (vt ſupra dictū eſt) non excedat quantitatē triginta ſcutoꝝ: Si de commiſſione ⁊ mādato ſolidū vnū cum dimidio ſi equitauerit. Si vero in loco vbi moratur curia / ſolidū vnū pro libra: habita ratione ad ſummam que intrat in cameram (vt ſupra dictū eſt); ⁊ ſimiliter nō excedat eius executio quantitatē viginti ſcutoꝝ. Si Reus fuit condemnatus / vel condemnandus in penam pecuniariam / ⁊ corporis afflictiuam / habeat executionem pene pecuniarie / ad rationem predictam: De executione pene corporalis nihil petere poſſit.

De Abſoluendis:

SI Baricellus ſine mandato in ſcriptis vel verbis habito / aliquē ceperit: Si fuerit abſolut⁹ vel innocens repertus / nihil pro ſua executione accipiat: Si cum mādato aliquem pro pena capitali ceperit: ſi Reus vrgentibus indicijs laboret / vt poſſit de Jure torqueri / ſi equitauerit / ſcutos quinq; / ſi vero executio facta foret in loco / vbi eſt curia moram trahit / habeat ſcutos tres; Si pro pena amputationis membri vel ſanguinis ſi equitauerit ſcutos tres / ſi non equitauerit ſcutos duos: Si autem aliquem ceperit / pro quacunq; pena corporis afflictiua / in caſu abſolutionis ſi ſimiliter vrgentia ſint indicia ſcutos duos ſi equitauerit: ſin autem ſcutū vnum. Sed ſi aliquē ceperit pro pena quacunq; pecuniaria / ſi equitauerit in caſu abſolutionis habeat a centum libris ſupra ſcutos duos: Si autē in Ciuitate vbi moratur facta fuerit executio ſcutum vnū: A centū libris infra in caſibus predictis / medietatem dicti ſalarij ſeruata ſemper ſupradicta diſtintione de indicijs: ⁊ an indicia fuerint ſufficiētia ſtare debeat dicto Preſidis vel ei⁹ Auditoris. Quādo vero indicia nō ſunt ad queſtionē ſufficientia / vel Reus ſponte in Carcere ſe conſtituerit / nihil petere poſſit.

Sed ſi aliquē ceperit cōdemnatū / qui fuerat abſolutus / ſiue gratiā obtinuerat / vel penam ſoluerat / ſed de libro nō fuerat cācellatus / vel gratiā Judicij nō preſentauerit: quia culpa nō faciēns ſe de libro cācellarij facta eſt executio: habeat Baricellus / ſi pena erat corporalis vel corporis afflictiua ſcutū vnū: Si capitalis ſcutos duos: Si pecuniaria a decē ſcutis infra carlenos quinq;: a decē ſcutis ſupra carlenos decē. Si vero captus cācellat⁹ erat de libro vel fidē de abſolutione fecerat / ſiue gratiā preſentauerat / nihil penit⁹ habeat. Et ſi aliquis ex mādato Auditoris fuerit detētus in palatio / Pro executione Baricellus nihil habeat / Si vero de eiuſdē mādato detētū in palatio carcerare contigerit habeat pro executiōe medietatē eius qđ ſupra tam in ciuilib⁹ ꝙ in criminalib⁹ eſt diſpoſitū. Et ſemper premiſſis intelligaſ eſſe reſeruatū arbitriū Preſidis / taxādi / moderādi mercedes predictas / cōſiderata perſonarū qualitate / labore executoris / ⁊ pene quātitate / ⁊ ſimiliter augendi ⁊ alterādi / ſi Baricellus generalis / vel particulares Baricelli Ciuitatū / de quib⁹ infra dicetur / his conſideratis / maiori mercede digni eſſe viderentur / vel executio facta foret in forenſem / ⁊ Juriſdictioni Romandiole non ſubiectum.

In Ciuilib⁹ Baricell⁹ predictus / nullā executionē faciat / realē / vel perſonalē / niſi cū mādato Judicis: Quod requiſit⁹ / teneatur oſtēdere / alias nullā habeat executionē.

Judicis

⁊ nihil poſſit accipere / niſi executione realiter ⁊ cum effectu facta / ſub pena dupli
eius qd / acceperit / ⁊ arbitrij Preſidis: Teneatur qꝫ infra ſex dies / Niſi ex aliqua
Juſta cauſa / fuerit impedit᷒ / executionẽ Cõmiſſionis ſibi facte executioni mãdaſſe
Et non poſſit habere niſi vnam executionem: etiã ſi pluries fuiſſet idẽ mãdatum exe
cut᷒: Niſi culpa vel facto creditoris / vel debitoris / prima vice execut᷒ legitime nõ
fuerit: quo caſu nõ poſſit habere / niſi duplicẽ Executionẽ: et ſi infra dictũ tẽp᷒ fuerit
phibitus a creditore / ne mandatũ exequatur / illud exequi nõ poſſit / alias nullã ha
beat executionẽ: Et nõ poſſit Baricellus pignora capta alteri pignorare: Niſi pri᷒
creditor fuerit concordatus. Et ad tollendum prauos vſus Baricellus ſi ceperit ali
qua animalia exequendi cauſa / ſi oportuerit illa in aliquo hoſpitio deponere / nihil
poſſit petere nec exigere ab hoſpite / ſub pena priuationis officij ⁊ arbitrij Preſidis
Et ſub eiuſdem arbitrij pena / hoſpes nihil debeat dare vel promittere: Et nõ poſſit
habere pro mercede ſtallatici / niſi ſolidos quattuor pro qualibet beſtia maiori / ⁊ p
minori medietatem. In criminalibus non poſſit aliquem capere / niſi cum mandato
verbo / vel in ſcriptis habito / Niſi repertos in fragranti crimine / vel cõdemnatos /
vel aliqua Judiciali / vel extraiudiciali informatione precedente: que veriſimiliter
ad capturam ſufficiat: alias teneatur ad damna ⁊ intereſſe capto: ſi captus innocens
fuiſſet repertus. Et infra biduũ niſi aliqua Juſta cauſa fuerit impeditus / Teneatur
tam in ciuilibus / qꝫ in criminalibus captum ſiue eius Executionẽ Preſidi vel eius
Auditori / vel Creditori / conſignare / ⁊ cauſam capture / et Executionis dicere / ac
omnia bona penes captum reperta / infra dictum tẽpus / Notario Preſidis conſi
gnare / ſub pena arbitrij prefati Preſidis: Et teneatur pignora / que ſibi per debi
torẽ offerũt / dũmodo idonea ſint / accipere: Caueat Baricellus predict᷒ ⁊ ei᷒ familia
ſub pena furcarũ ne de domibus / vel alijs locis / que ad aliquam executionẽ faciendã
ingredictur aliquid vltra cõmiſſionẽ eis factã accipere / ⁊ ex aliq̃ cauſa accepta vltra
mãdatũ / Notario prefato incõtinenti debeat cõſignare. Et excuſatio aliq̃ ipſos a pena
furti / ⁊ furcarũ nõ excuſabit / Niſi ſtatim cõſignatio facta foret. Et ſi vltra predictas
mercedes: vt premittit taxatas accepit / ſine ſpe venie officio priuet / ⁊ duplũ reſtituat.

¶ Et quoniã ex praua quadam cõſuetudine cõſueuerunt equites Baricelli / ſumpti
bus comitatiuorũ in omnibus viuere / Unde damna / ⁊ iacture magne illis inferebã
tur Uolentes quantum poſſibile eſt comitatiuorũ indemnitati cõſulere / donec meli᷒
fuerit prouiſum / mandamus qꝫ dicti equites / Juxta ſolitum a comitatiuis / in locis
in quibus ipſos contingerit hoſpitari non habeant / niſi ſtramen / ligna / habitationẽ
panem / ⁊ vinum / ⁊ nihil aliud: Reliqua vero ad eorũ / ⁊ equorũ victum neceſſaria /
proprijs ſumptibus emant: Nec in vno eodemqꝫ hoſpitio / poſſint vltra duas perſo
nas neqꝫ vltra triduum hoſpitari / ⁊ nõ habentes panem / vinum / ligna / ⁊ ſtramen /
ad emendũ cogere non poſſint / nec pretio aliquo ab iſtis oneribus / ſe redimere / ſed
ſimilia ab habentib᷒ petere / vel ſuis ſumptibus emere debeant: Teneantur qꝫ panẽ
⁊ vinum accipere / qd᷒ dñs habet / pro vſu ſuo / nec ad aliud emẽdũ cogatur: Neqꝫ
vltra predicta a dñis quicquam extorqueãt ⁊ in receſſu / panẽ ⁊ vinũ / vel aliquid
aliud non aſportẽt: Sed moderate / ac parce / pro eorũ vſu tantum premiſſis vtantur /
Conſiderantes id potius ex benignitate Comitatiuorũ / qꝫ ex debito preſtari: ⁊ ſiquis
preſenti ordinationi contrafecerit / pro prima vice tribus ictibus funis puniatur / pro
ſecũda vice / tanqꝫ fur ⁊ incorrigibilis fuſtigetur / ⁊ ſigilletur / ⁊ a prouincia bãdiatur:
Et comitatiui debeant iuſtis pretijs / reliqua ad victum dictorum equitũ neceſſa
ria / vendere / ſi illa in eorũ domibus habuerint / alias equites predicti ab habentib᷒
emant.

emant: Et ſub eadem pena caueat Bariſellus ⁊ eius familia, ne aliquem ſine licētia Preſidis/ vel eius Auditoris pro aliquo delictō cōponat. Nec aliquid ſub quocunq; pretextu extorqueat / vel ab aliquo delinquēte vero/ vel aſſerto aliquid ꝑ executione / ⁊ pro mercede, pro quauis alia cauſa accipiat. Niſi realis, vel perſonalis executio facta fuerit: ⁊ Auditori (ut dictum eſt) intimata.

De officio Gubernatorum Ciuitatum ⁊ eorum mercede.

Gubernatores Ciuitatū in omnibus ⁊ per omnia tā in Ciuilibus / ꝙ̄ in criminalib⁹ idem ſeruent, qđ de Auditore generali diſpoſitum eſt. Teneanturq; in omnibus cauſis ciuilibus, ſtatuta, ⁊ ordinationes ciuitatum ſeruare, tam in ſententiando, ꝙ̄ in procedendo / preterꝙ̄ in caſibus exceptis / ⁊ ſummarijs / in quibus circa proceſſum ſeruent breuitatem / non ordinem ſtatutoꝝ. In criminalibus / penas imponant ſecundum bandimenta / ⁊ vbi per bandimenta non eſt prouiſum / ſeruent penam ſtatutorum / alias Jus cōmune / Niſi ex aliqua iuſta, ⁊ rationabili cauſa, viſuꝫ ſit arbitrio vti / ⁊ arbitrariam penam imponere Quo caſu arbitrio non vtantur, niſi in caſu vrgenti, ⁊ neceſſario, ⁊ conſulto Preſide Prouincię: Et idem ſeruent in cōmutatione penę perſonalis in penam pecuniariā. Quam cōmutare non poſſint / niſi ex cauſa / ⁊ cum licentia Preſidis: Et quādo prefati gubernatores inquirūt de aliquo maleficio / non poſſint a preceptis incipere / vbi remedio ordinario inquiſitionis vti poſſunt, niſi de licentia Preſidis: ⁊ ſimiliter aliquē ad cauendū de bene viuēdo cogere non poſſint / niſi de eadē licentia: In quibus caſibus licētia vel conſiliū Preſidis / ſaltim per Litteras apparere debeat: Et priuilegia ⁊ Indulta a ſede apoſtolica Ciuitatibus conceſſa / tam circa aplicationem penarum ⁊ condemnationum, ꝙ̄ aliaruꝫ reruꝫ ordinationē / diligenter cuſtodire ⁊ ſeruare in omnib⁹ teneantur.

In cauſis criminalibus vbi aliquis fuit abſolutus vel innocens repertus, accuſatores vel inſtigatores manifeſtos, ſi qui fuerint cogant ad omnes expēſas, ⁊ damna ꝑ abſolutum, vel innocentē paſſa / Niſi ex indicijs / ⁊ informationibus datis Judici cōſtiterit non animo calumniādi: ſed quia eum Reum veriſimiliter putabat, ad accuſationem ⁊ inſtigationem proceſſerit: Et Gubernatores prefati non poſſint aliquem capi facere / ſine indicijs ad capturam ſufficientibus / ⁊ niſi pro crimine pro quo veniret pena corporis afflictiua imponēda / vel grauis pecuniaria / Niſi perſona capiēda ſit de fuga ſuſpecta / vel eis aliter ex aliqua iuſta ⁊ rationabili Cauſa facere viſum fuerit: Ad quam capturam perſonalem: nunꝙ̄ procedāt, ſi per aliam viam debito Juſtitię ſatiſfacere poſſint. Quibus caſibus / Gubernatorum conſcientias oneramus: et idem Auditor generalis ſeruare teneatur. In cauſis communitatum ⁊ Commune intereſſe concernentibus pro ſportulis nihil accipere poſſint / Niſi ab eis pro eorum laboribus aliquid ſponte fuerit datum: Et nihil poſſint a Notarijs cauſarum Ciuilium / de emolumentis eorum officiorū petere / nec accipere.

Et ſi contigerit / ꝙ Gubernatores perſonaliter partibus inſtantibus / accederent ad aliquem locum differentię / ſi in Ciuitate vel Suburbijs / habeant ſcutum vnum, ſi Extra Ciuitatem Scutos duos ⁊ Niſi pernoctare contigerit / ⁊ Tunc quolibet

die / vltra primum / habeát vnum ſcutum cum expenſis ab vtraq; parte: ⁊ idē Au/ditor generalis ſeruare teneatur: Quod ſolui debeat ab ābabus partibus ſi cōſenſe runt / alias a parte inſtante / reſtituendū a ſuccūbētibus in fine litis. Et ſi guberna tores ad querelam / vel denuntiā partis / ſiue ex officio cōtra aliquē pro rixa ⁊ in ſul tu / ſine armis pro verbis iniurioſis / ꝑpoſſeſſione / ſine armis ⁊ aperta violentia turbata / vel pro ſimilibus leuibus delictis / proceſſerint quādocunq; ante ſententiā offendēs / in gratiā offenſi redierit / ⁊ ab ambob⁹ abolitio proceſſus petita fuerit / te/neātur ſine mercede proceſſuz abolere / ⁊ aboleri facere: Et iniquiſitus ꝑ abolitiōe ſol uat cācellario (ut iſra dictū eſt de eo) Et idē ſeruet Auditor generalis: Et ad euitā das ſuſpitiones / et fraudes: Prefati gubernatores nō poſſint aliquod maleficiū in pecuniam componere / Niſi cū ſcientia agentiū ꝑ camera: Nec aliquā pecuniā ad fiſcum ſpectantem ſibi appropriare ſub infamię pena / ⁊ reſtitutionis dupli / Et circa intereſſe camerę / ſeruare debeant in omnibus priuilegia / ⁊ ordinationes dictę ca/merę pro fiſci intereſſe Per Rom. Pont. ⁊ ſanctiſſimū. D. N. Paulū tertiū / cō ceſſas / ⁊ factas: et neminem capi facere poſſint / tanq; ſuſpectum de fuga / Niſi cre/ditor ſaltum extraiudicialiter / per vnū teſtem docuerit decitus credito ⁊ debitorem poſt contractum / conditionem ſuam deteriorem feciſſe / alias executio ſit nulla / ⁊ gratis captus relaxetur.

Et gubernatores debeant cauſas carceratorum / ſummarię / ⁊ ſola veritate inſpecta / ⁊ manu regia / ſi opus eſt expedire / nec pati illos diutius ſtare in carcere: In crimi/nalibus / vltra tres dies nō poſſint illos / niſi ex cauſa vrgenti / in ſecretis carcerib⁹ tenere / infra quos debeant examen / ⁊ alia neceſſaria expedire: ⁊ eos in publicis car ceribus ponere: ⁊ eorum cauſas infra viginti dies / ꝑ ſententiā vel alias terminare / alias ad curiā generalē intelligantur eſſe deuolutę. In ciuilibus neminem carcerari patiantur ſi bona habet debitor vnde ſatiſfacere poſſit / vel illis cedere in fauorē cre/ditorū voluerit / Niſi aliter Gubernatoribus ex cauſa facere viſuz fuerit. Et ſi pau/per eſt carceratus / vt vnde ſe alat / nō habeat Gubernatores / monito creditor / ad cuius inſtātiā fuit captus / ut alimēta neceſſaria pręheat / Si neglexerit creditor / ſine dilatione illū / pręſtita Iuratoria cautiōe in forma / gratis relaxari faciāt: ne eū fa/me mori cōtingat. Ac ſub onere conſciētię / debeant Gubernatores ſępe carceratos viſitare / eorū neceſſitates ⁊ indigētias intelligere / illis q; oportune prouidere / ⁊ cu/rare / ne acerbe / ⁊ inique a cuſtodibus carcerū tractentur et q; victus neceſſari⁹ / quā tum poſſibile eſt / illis nō deſit.

Et ſi contingeret in aliqua cauſa criminali vel ciuili / vel mixta per aliquem ex partib⁹ Gubernatorē / vel eius Auditorez ſuſpectū allegari / vel adiunctū peti. Eo caſu gu/bernator / vel eius Auditor / in dicta cauſa procedere ad vlteriora / nec eā terminare poſſit / Niſi cum interuētu / ⁊ cōſilio Poteſtatis illius Ciuitatis ſi Iuris peritus fuerit / Qui in tali caſu / in adiunctū eidē Gubernatori / vel eius Auditori / abſq; alia cōmiſſione / ex nūc per pręſentē reformationem datus eſſe intelligatur: Quod locū non habeat in cauſis et ꝑſonis in Rubrica de Auditore generali nominatis / ⁊ excep/tis; Niſi vt ibidem dictū eſt: Et ſimiliter ſi recurſus ad Pręſidē prouincię pro ali/quo pręſenſo grauamine petitus fuerit / Debeant Gubernatores ⁊ alij Iudices Prouincię quicunq; fuerint / recurſum cū termino cōpetenti ad recurrendum / ⁊ reportandā volūtatē Pręſidis / cōcedere: alias ſi denegatus fuerit / vel infra terminū ad vlteriora proceſſum / quicquid factum fuerit / ⁊ inde ſequutū / ſit nullū ⁊ invalidū nullitatis / ⁊ inualiditatis vitio ſubiectum.

de officio

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

De Officio Notarii Gubernatorū ciuitatū In cauſis ciuilibus: ⁊ eius mercede.

NOtarij cauſarum ciuilium ſingularum ciuitatum Teneantur Statuta ⁊ ordinationes de eorum mercedibus / ⁊ ſalarijs loquentes in omnibus etiam in cauſis commiſſarijs ſeruare / Et ſi in aliquo caſu per ſtatuta, vel laudabiles conſuetudines prouiſum nō fuiſſet, ſeruetur in dictis caſibus ordinatio facta de Notario Ciuili in Curia generali / Nec poſſint ſub pena priuationis officij, durante eorum officio notariatus, eſſe procuratores in aliqua cauſa / Nec procurationis officio fungi, ⁊ per ſubſtitutum ſeruire non poſſint / niſi de licētia Communitatis a qua officium habuit.

De Officio Cācellarii Gubernatorū Ciuitatū ad cauſas criminales: ⁊ eius mercede.

PRo littera cum ſigillo ſolidos quinqꝫ: Pro reſponſione inquiſitionis cū fideiuſſione ⁊ promiſſione indemnitatis in totum ſolidos ſeptem: Si reſponſio fuerit facta ſine fideiuſſione, habeat dictus cancellarius medietatem ſupradictę mercedis. Item pro rogitu mandati procurę ſolidos duos: Item pro productione cuiuſlibet ſcripturę ſolidos duos: Item pro copia data parti pro quolibet folio linearum viginti pro facie ſolidos tres: Et non poſſit cancellarius cogere partes ad accipiendū ſcripturas authēticas, Nec poſſit i authēticis copijs inſerere ſcripturas authēticas Niſi de conſenſu petentis: Item pro qualibet comparitione ⁊ actu ſolidum vnum cū dimidio: Item pro qualibet comparitione ⁊ actu fiſci nihil poſſit petere a Reo. Item pro examine cuiuſlibet teſtis ad inſtantiam partis, tā pro notario, quam iudice in pena pecuniaria ſolidos quinqꝫ: In pena corporis afflictiua ſolidos ſeptē: In cauſa vero capitali ſolidos decem: Pro examine teſtium pro informatione curie, vel ad fiſci inſtantiam Nihil cancellarius habeat. Item pro rogatione cuiuſlibet fideiuſſionis de ſe repręſentando ⁊ cuiuſliber alterius generis ſolidos quinqꝫ: Item pro caſſatione cuiuſlibet fideiuſſionis ſolidos quattuor: Item pro mādato de relaxando detentum pro pena pecuniaria cum ſigillo ſolidos quinqꝫ. Item pro mandato de relaxando detentū pro pena corporis afflictiua cum ſigillo ſolidos ſeptem. Item pro mandato de relaxando detentum pro pena capitali ſolidos decem / quod locum habeat quando Cancellarius pro ſententia nihil habet.

Item pro rogitu ſententię abſolutorię in authenticaꝫ formam datę cum eius mandato de relaxando, habeat cancellarius quartā partem eius / quod habet Gubernator pro ſportulis: Et in caſu in quo Gubernator nihil habet, Cancellarius ſimiliter nihil accipere poſſit, niſi (vt ſupra dictum eſt) pro eius ſcriptura. Item pro rogitu ſententię condemnatorię pecuniarię, vel vbi pena capitis / ⁊ corporis afflictiua / in pecuniaria fuit commutata cum circundatione proceſſus: Si Reus compoſitionem fecerit, vel penam ſoluerit habeat Cancellarius vſqꝫ ad ſummam ſcutorum viginti quinqꝫ Julios tres: Vſqꝫ ad quinquaginta Julios quinqꝫ: Vſqꝫ ad cētum / ⁊ ab

inde ſupra · quęcunq; fuerit ſumma · ſcutum vnum: In alijs vero cōdemnatorijs ſententijs / vbi pena corporalis in pecuniariam nō eſt commutata · nihil habeat · niſi pro circūdatione · vel abolitione proceſſus / ſi fuit penitus in capitalibus carlenos tres: In penis corporis afflictiua duos: In pecuniarijs vero vnum: Et hoc locum habeat quando ſententia nō fuit lata: Si vero fuit lata habeat (vt ſupra dictum eſt) & ſi aliquis principaliter non habens intereſſe / voluerit alicuius condemnatoriaꝝ ſententiā Si eſt pecuniaria · ſoluat pro copia authentica iulios tres: Si corporis afflictiua iulios quinq; · ſi capitalis ſcutum vnum. Pro proceſſu vero accipiat ad rationem copiaꝝ / Teneaturq; Cancellarius proceſſum vel ſententiam / tam coniunctim · quam diuiſim · arbitrio petentis dare. Et ſi contigerit fieri aliquam bonorum deſcriptionē habeat Cancellarius id quod inferius de Baricellis Ciuitatum dictum eſt.

Et ſi cōtingeret Cancellarium · ad inſtantiam alicuius accedere ad aliquem locum inſpiciendum · & Gubernatori referendum / vel aliquid aliud ſimile faciendum · ſi in ciuitate habeat ab illo / ad cuius inſtātiam fuit miſſus · carlenos tres / ſi in comitatu ſex cum expenſis victus pro ſe / & equo tātum: Et cancellarius pręfatus in cauſis cōmunitatis / publicum intereſſe concernentibus / gratis ſeruire teneatur & ab illa nihil accipere niſi ſponte ſoluente in reliquis caſibus in quibus per pręſentem noſtram reformationem · non eſt prouiſum Cācellarius pręfatus ſeruet ſtatuta Ciuitatis / & vbi per ſtatutū non eſſet prouiſum / laudabilem conſuetudinem ſequatur: Et neminem poſſit in carcerem mittere · vel in palatio ſub pręcepto arreſtare / niſi de Gubernatoris licentia: Ac omnes Cancellarij debeant · in fine eorum officiorum / omnes ſcripturas · & libros maleficiorum qui quomodocunq; in coꝝ manibus reperirentur / Prioribus / ſiue Antianis · & procuratori fiſcali / illius Ciuitatis conſignare Qui illas in Archiuio dictę ciuitatis reponere debeant: vt de his quādocunq; opus fuerit · nouo cancellario / & agentibus pro camera · & habentibus intereſſe · copia fiat: Et gubernatores ciuitatum debeant omni diligentia curare · dictorum librorum / & ſcripturarum conſignationem: alias ipſi in ſcindicatu pro cancellarijs teneantur.

De Officio Baricellorum Ciuitatum & eorum mercede.

Baricelli Ciuitatum / pro executione reali · vel perſonali / collectarum & publicarū impoſitionum / & ſimilium rerum · non poſſint accipere pro quacunq; ſumma / vltra medietatem vnius carleni pro qualibet executione · ſi in ciuitate vel ſuburbijs facta fuerit ſi in comitatu carlenum vnum pro qualibet executione / cuiuſcūq; ſit ſummę: In reliquis executionibus ciuilibus / ſi in Ciuitate executionē fecerint · realem · vel perſonalem habeant vſq; ad ſummam viginti quinq; librarū / denarios ſex pro libra abinde ſupra vſq; ad quācūq; ſummam denarios quattuor pro qualibet libra: Dūmodo executio non excedat quantitatem trium ſcutorū: Si executio facta foret extra ciuitatem & ſuburbia / merces prędicta duplicetur / dummodo non excedat ſummam ſex ſcutorum. Sed ſi aliquem tanquam ſuſpectum de fuga / in Ciuitate capi contigeret a quinquaginta libris infra / habeāt Baricelli carlenos tres / A quinquaginta ſupra vſq; ad quamcunq; ſummam carlenos quinq; · ſi autē equitare contigerit · vel captus ſit

ſuo ſit foꝛenſis / duplum habeant / ⁊ nihil vltra petere poſſint.

Item ſi Baricelli ciuitatum aliquem ceperint condemnatum vel cōdemnandum in pe
nam moꝛtis, vel amputationis membꝛi / vel coꝛpoꝛis afflictiuam, ſi Re⁹ luit in coꝛ
poꝛe / ⁊ pena coꝛpoꝛalis fuerit executioni miſſa vel gratiā a' Pꝛincipe habuerit / idē
ſeruetur. qđ de Baricello generali In dictis caſibus oꝛdinatū eſt. Si vero pena moꝛ
tis vel coꝛpoꝛis afflictiua / fuerit in pecuniariam commutatata, ſi ſua induſtria ⁊ arte
fuerit facta captura / habeant ad rationem vnius ſolidi cum dimidio pꝛo qualibet li
bꝛa penę vſqꝫ ad quamcunqꝫ ſummā dummodo non excedat quātitatem viginti ſcu
toꝛum: Si captura facta fuerit cū commiſſione / habeant ſolidum vnum pro qualibꝫ
libꝛa Si executio facta fuit in ciuitate, vel ſuburbijs, Dūmodo non excedat ſummā
decem ſcutoꝛum: Et ſi longius equitare opoꝛtuerit habeant ſolidum vnum cum di
midio pꝛo qualibet libꝛa pꝛo quacunqꝫ ſumma: Dummodo nō excedat eoꝛum exe
cutio ſcutos quindecim: Et idem in omnibus ſeruetur ſi Baricelli ceperint aliquem
condemnatum vel condemnandum in penam pecuniariam Itē de captis abſoluēdis
Baricelli Ciuitatum / ſeruent oꝛdinationē ſupꝛadictam de Baricello generali / nec
vltra accipere poſſint.

Et ſi viſum fuerit Gubernatoꝛi aliquem capi facere, pꝛo verbis iniurioſis / pꝛo inſultu
⁊ rixa ſine armis / pꝛo ſuſpitione de nō offendendo, ꝑ eundo de nocte ſine lumine pꝛo
ludo illicito vel ſimilibus leuib⁹ delictis / ſi Gubernatoꝛ gratis ſine ſolutione / vel cum
fideiuſſionibus, vel aliter captum relaxari mandauerit, Si executio facta fuit in ciui
tate / vel ſuburbijs / habeāt Baricelli carlenos tres / ſi in comitatu carlenos ſex / ni
ſi captus ſoluerit aliquam penam, ⁊ tunc habeant Baricelli ratā dictę penę ſecundū
oꝛdinationem pꝛędictam, ⁊ executio quam habuerint in beneficium ſoluentis compē
ſetur. Et ſi contigerit aliquem captum pendente pꝛoceſſu antè expeditionem cauſę
volentem ſe defendere / vel ex alia cauſa relaxari / habeant Baricelli ſupꝛaſcriptam
mercedē de leuib⁹ delictis taxatam ⁊ non vltra, ⁊ expectent iudicij euentū: Si Re⁹
fuerit cōdemnatus habeant ad rationem pꝛędictaꝫ. ⁊ pꝛouideat Gubernatoꝛ / ne in
tali caſu Baricelli defraudentur mercede ſua. ſi fuerit abſolutus, nihil vltra pe
tere poſſit Niſi vt ſupꝛa oꝛdinatum eſt Et ſi ceperint aliquem, qui poſt capturam do
cuit de ſolutione penę, vel de abſolutione vel gratia / vel alias cameram concoꝛdaſſe
idem ſeruare teneantur / qđ de Baricello generali ſupꝛa diſpoſitum eſt Et ſi contige
rit ꝙ de mandato Baricelli facerent aliquam bonoꝛum deſcriptionem In cauſis cri
minalibus habeant in ciuitate medietatem vnius ſcuti: Si in comitatu ſcutum vnum
⁊ idem teneatur ſeruare Baricellus generalis: Et Baricelli nō poſſint aliquem cap
tum carcerare / niſi hoc in mandatis habuerint, ſed illum teneantur ad pꝛęſentiam
Gubernatoꝛis duceré, ⁊ de eo diſponant, vt Gubernatoꝛi viſum fuerit, ⁊ ſi contra
fecerint, nullam habeant executionem.

In reliquis Baricelli pręfati, teneantur leges ⁊ decreta ſupꝛa deſcripta de Baricello
generali / ſub eiſdeꝫ penis / ⁊ foꝛmis / in omnibus, ⁊ per omnia ſeruare: ⁊ ſi contige
rit eos pꝛo aliqua executione facienda, in comitatu hoſpitari / habeant ſolum hoſpi
tium / ſtramen, ⁊ ligna / ꝑ eoꝛum ⁊ equoꝛum vſu. Reliqua vero ſuis pꝛopꝛijs ſum
ptibus ſibi emant vt de equitibus Baricelli generalis oꝛdinatū eſt, Nec poſſint vl
tra vnam nocteꝫ in vnā eademqꝫ villa hoſpitari. Et ſi in dictis Locis. in quibus cō
tigerit eos moꝛari / ſint hoſpitia publica / eo caſu / nil a' comitatinis habeant / ⁊ non
poſſint in comitatū ire, niſi ad expediendum negotia ipſis per Gubernatoꝛes Ciui

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tatum / vel Theſaurarium ſiue communitates commiſſa: Et ſi pro delicto alicuius in comitatum equitauerint / hoſpitentur / in domum delinquentis / vel proximiorum

De Officio Et mercede ali- orum Officialium.

POteſtates Ciuitatum / ⁊ eorum executores ⁊ plazarij ciuitatum teneantur tam in cauſis ordinarijs / ꝙ delegatis euiſdem Ciuitatis / circa eorū officia ⁊ mercedes ſeruare ſtatuta Ciuitatum / ordinationes / capitula / ⁊ laudabiles conſuetudines: Uerum Poteſtates in cauſis pupillorum / viduarum ⁊ miſerabilium perſonarum mercedum ⁊ alijs per ſtatuta locorum exceptis / procedant ſummarie / remiſſo vel abreuiato ordine ſtatutario / ⁊ Judiciorum / ſola veritate inſpecta / illaſcꝫ ex bono ⁊ equo terminare debeant: Et ſi eorum ſententię / ſecundum Jus partium / ⁊ veritatē negotij / latę fuerint / per quodcunqꝫ nullitatis vitium / pręter citationis / ⁊ mandati defectus / impugnari ⁊ reuocari non poſſint: Et idem Judices appellationum Ciuitatum ſeruare in omnibus debeant.

Et quia plerunqꝫ Plazarij / Cum illiterati ſint / ineptas citationes faciunt: Et litigantes ignorantes ad quid citantur ſępe numero lęduntur: Per pręſentem reformationē ſtatuitur / quod in cauſis ordinarijs / ⁊ quę ordinario modo tractantur / Plazarij pręclicti / ſiue procuratores cauſę / omnes citationes ad reſpondendum libello / ad videndum iurare ⁊ examinari teſtes ad ſententiam ⁊ ad quemlibet actus diffinitiuus in ſcriptis citato pręſentare ⁊ facere debeant / alias / citatio ſit nulla / ⁊ citatio in aliquo non pręiudicet.

Gubernatores ⁊ officiales Ciuitatis Ceruię / Terrę Buſigbellę / Uallis bamonis Terrę ſancti Archangeli ⁊ aliorūm locorum Prouincię / Teneantur ſeruare Statuta / ordinationes / ⁊ laudabiles conſuetudines dictorum locorum / prout hactenus ſeruatum eſt: Niſi ad inſtar abuſus ⁊ prauę conſuetudinis aliarum Ciuitatum / in omnibus / vel in parte immoderatas mercedes / ⁊ ſolutiones accipere conſueuerint Quo caſu / quo ad exceſſum tantum / ⁊ non aliter ſupradictam reformationem ſeruare teneantur.

De Scindicatu Officialium.

HIc omnes Gubernatores / ⁊ Baricelli Ciuitatum pro ſe ipſis ⁊ eorum familia teneantur iuxta ordinationes Sanctiſſimi .D.N. Pauli Tertij in fine eorum officiorum ad Scindicatum ſtare ⁊ eorum adminiſtrationis / ⁊ regiminis rationem reddere iuxta morem Ciuitatis in qua officium exercuerunt: Et ſcindicatores ad ſcindicandum Gubernatores Ciuitatum / quicunqꝫ electi fuerint / debeant infra aliquod breue tempus informationes ⁊ probationes accipere: Et anteꝙ aliquam ſententiam ferant Teneantur conſulere Pręſidem. Prouincię / ⁊ de eius conſilio cauſam ſcindicatꝰ expedire / ⁊ terminare: Ac de bono ⁊ equo / ſecundum veritatem ſententiam ferre, ⁊

De officio Aduocatorum Et Procuratorum ⁊ eorum mercede.

ET Aduocati aduocationis officio fungentes non poſſint ſub pena ſuſpēſionis ab officio Exercere officium procuratoris / Nec procuratores ſub eadē pena, aliquo modo ſe intromittere in his quę ad officium Aduocatorum ſpectant, Niſi in cauſis pauperum, viduarum / pupillorum, ⁊ miſerabilium perſonarum in quib⁹ poſſint Aduocati, ⁊ procuratores vtroq; officio fungi: ⁊ in omnibus alijs cauſis idē facere poſſint dūmodo ſola tantum mercede procurationis contenti eſſe voluerint. Ac teneantur earum perſonarum cauſas gratis defendere, ⁊ ſi requiſiti illarū defenſionem ſuſcipere recuſauerint. Tanq̄ impij ⁊ inhumani ab officio Pręſidis arbitrio ſuſpendantur. In aliarum perſonarum cauſis moderate ſe gerant: ⁊ Juxta conuentiones ⁊ pacta alioquin licitā ⁊ honeſtam mercedē habeāt / Dūmodo pacta / ⁊ cōuētiones prędictę duplū ei⁹ qđ in caſib⁹ infraſcriptis ordinatū eſt / nō excedāt

Si vero inter Aduocatum ⁊ procuratorem de mercede pactum non ſit, in cauſis executiuis vſq; ad centum libras habeat in qualibet inſtātia procurator denarios ſex pro qualibet libra, vſq; ad ducentas denarios quattuor: vſq; ad quingentas denarios tres dūmodo nō excedat eorū ſalarium ſcutos octo. Quod habeat locum quādo interuenit aliqua cauſę cognitio, ⁊ rei contradictio. alias ſupradictum ſalarium nō poſſit excedere ſummam quattuor ſcutorū. In ordinarijs vero vbi interuenit cauſę cognitio / patrocinium, ⁊ merces prędicta duplicetur / dūmodo ſummā duodecim ſcutorum non excedat. Quod locum habeat ſi Reus in cauſa, vel inſtantia obtinuerit / alias Si ſuccubuerit / medietas eius / qđ dictum eſt / tantum debeatur.

In cauſis Criminalibus in defenſione a pena capitali / ſcutos decem. In defenſione a pena ſanguinis / vel mutilationis mēbri ſcutos ſex. In defenſione a pena corporis afflictiua quattuor. In defenſiōe a pena pecuniaria habeat ꝑut haberet in cauſis Ciuilibus ordinarijs: Dūmodo non excedat eorum ſalarium ſummam octo ſcutorum. Et hoc habeat locum ſi Reus abſoluitur / ſi vero fuit condemnatus habeat duas tertias partes eius / qđ ſupra ordinatum eſt. Cęterū ſi cauſa tractabitur, ⁊ terminabitur in curia generali. Et procuratorem ſępe equitare contigerit / vel Curiam Sequi / habeat ſalariū ſupradictū, ⁊ tertiā partē plus / ad ratonē eiuſdē ſalarij.

Aduocatus vero qui in tota cauſa officium ſuū exercuit / in caſibus, ⁊ cauſis prędictis pro ſuo patrocinio idem habeat, ⁊ tertiā partē plus eius / qđ ꝓcuratori ſupra cōceditur. Quam reformationem de Aduocato / ⁊ procuratore / ſeruari volumus in Ciuitatibus in quibus / per ſtatuta de eorū ſalario, nō eſt prouiſū: Quib⁹ caſib⁹, volum⁹ ſtatuta, ſi ab aliq̄ praua cōſuetudine nō ſint corrupta / inuiolabiliter obſeruari Alias pręſens reformatio locū habeat, dūmodo merces ſtatutaria in ciuilib⁹, ⁊ criminalibus duplū eius, qđ dictū eſt / tā in ꝓcuratore / q̄ Aduocato, nō excedat.

Aduocati ⁊ procuratores de parte Rei de qua litigatur / nō paciſcātur victoriā cauſę ſub certo pręcio nō ꝑmittant: Neq; reum ⁊ actorē ſimul defendāt: Alias infamię ⁊ ſuſpenſionis ab officio penę ſubiciant. Et ſi dolo ⁊ lucri cupiditate, aliquē, quem nouerint iniuſtā cauſā habere defendere pręſumpſerint / ⁊ litibus inuoluere / ad oēs expēſas, dāna / ⁊ intereſſe partib⁹ teneāt. de qbus Judices diligētes inquiſitiones / ⁊ executionē manu regia faciāt, ac culpabilibus repertis officiū interdicant.

De officio Notarioꝝ ⁊ eorũ mercede.

NOtarij vo teneant inſtrumēta de q̄bus ſunt rogati in publica ⁊ auctēctica forma partibus dare, ⁊ p tali publicatione quorūcunqꝫ teſtamētoꝝ, codicilloꝝ, donationū cauſa mortis vel aliaꝝ vltimaꝝ volūtatū, ſiue donationis īter viuos celebratę habeant vſqꝫ ad ſummā vel valorē quinquaginta librarū denarios decē p qualibet libra: vſqꝫ ad centum, denarios octo: vſqꝫ ad ducētas, denarios ſex. Sed ab inde ſupra vſqꝫ ad quācunqꝫ ſummā / denarios quattuor pro qualibet libra. Eoꝝ autem ſalarium ſiue merces excedere nō poſſit / quātūcūqꝫ magna ſit quātitas ſiue valor / de quo agitur, ſummā decē ſcutorum: quod locum habeat in ſuis heredibus ⁊ his q ad ſucceſſionem ab inteſtato veniebant ⁊ conſanguineis ⁊ affinibus vſqꝫ ad quartum gradum. In extraneis vero ⁊ qui ab inteſtato nō ſuccedunt / habeant Notarij tertia parte plus eius quod ſupra dictum eſt. In publicatione aūt inſtrumentoꝝ ſeruent ſtatuta ⁊ cōſuetudines locorum, dūmodo eorum merces quātitatem octo ſcutorum nō excedat. Sed ſi peritia ⁊ labor Notarij ⁊ qualitas rei de qua agit maiori digna mercede eſſe videretur / Pręſes prouincię omnibus conſideratis ſalarium arbitretur. In reliquis Notarij pſati ſtatuta locorum ſeruare in omnibus teneantur.

De officio cuſtodis carceꝝ ⁊ eius mercede.

AC omnes cuſtodes carcerū teneant ſub pena priuationis officij, ⁊ arbitrij Pręſidis qualibet hebdomada Gubernatori ciuitatis / dare in ſcriptis nomina carceratorum / ⁊ eorum indigentias / ⁊ neceſſitates exponere: Et ſimiliter Pręſidi denuntiare debeant, quando ipſum contingit in aliquam Ciuitatem viſitationis gratia venire. Carceratoſqꝫ cum charitate / ⁊ pietate tractare: Carceres immūditijs expurgare, vel per quos ſpectat expurgari facere. In carceribus aliquam palearum quantitatem pro lectis carceratorum habere. Eos quotidie viſitare, ⁊ de his / quę ſpectant ad eius officium benigne prouidere. Nec poſſint captos in ſecretis / ⁊ obſcuris carceribus ponere Niſi de expreſſo mandato Gubernatorum ſub pena priuationis officij / ⁊ mercedis: Neqꝫ cuſtos carceris poſſit accipere pro carcerato, pro pena capitali / vltra carlenos quattuor. Pro pena corporis afflictiua / carlenos tres. Pro pena pecuniaria carlenos duos. Pro debito Ciuili, a quinqꝫ libris infra / ſolidos tres: A quinqꝫ ſupra pro quacūqꝫ ſumma carlenum vnum: Et nihil aliud accipere poſſit, a carcerato, etiam ſi per annū / ⁊ vltra ſtetiſſet in carceribus publicis vel ſecretis.

Et ſi carceratus expenſis cuſtodis vixerit / habeat cuſtos ſingulo die carlenum vnū pro expenſis: ⁊ teneatur eidem dare panem vinum / ⁊ carnem. Et ſi caro non comeditur / Caſeum / vel Oua .Et ſi voluerit lautius viuere / habeat cuſtos Iulium vnum ſingulo Die pro Expenſis. Et carcerato expenſas non faciat, niſi ab eo fuerit requiſitus: Et a pauperibus nihil petere poſſit: Sed eos gratis quando relaxatio eſt commiſſa a Gubernatore dimittere debeat. Et quod dictum eſt / de mercedibus cuſtodis carcerū, locū habeat in Ciuitatibus, in quibꝰ maiores ⁊ immoderatę

ſolutiones

ſolutiones fiunt: In alijs vero inquibus minus ſoluitur/ ſeruetur conſuetudo Ciui‑tatis: Cui per pręſentem reformationem non intelligatur eſſe derogatum/ vt in‑fra dicetur.

De Officio Caſtellani. Et eius mercede.

ET ſi contingeret aliquem de mandato Gubernatorum in aliqua ex fortellitijs/ prouincię detineri / habeat Caſtellanus pro qualibet perſona. pro ingreſſu & exitu ſcutos duos: & ſingulo die quartam partem vnius ſcuti. ſi expenſas victus fecerit car‑cerato: Et ſi detentus ſuis ſumptibus ſe aluerit. Caſtellanus nõ habeat niſi dictos duos ſcutos / Niſi oportuerit Caſtellanum multum in cuſtodiendo detentum labora‑re Et tunc Pręſes omnibus circunſtantijs conſiderans. mercedem arbitretur: Et idem ſeruetur. ſi contigerit detentum vltimo ſuplicio tradi. quando de bonis detenti poteſt Caſtellano ſatiſfieri: Alias ſi de ſuo oportuerit Cameram ſoluere. habeat Caſ‑tellanus ſi expenſas fecerit detento carlenos duos ſingulo die: & nihil aliud.

De officio ſapientis electi Et eius mercede.

IN locis in quibus conſilium ſapientis peti. & concedi conſueuit / Ne contingat de eius mercede dubitari. Per pręſentem reformationem ſtatuitur. quod ſapiens elec‑tus in cauſis quantitatis. vel eſtimationis / a centum ſcutis infra habeat pro eius la‑bore ſcutum vnum: A centum vſque ad ducentos ſimiliter ſcutos duos: A quingen‑tis vſque ad quamcunque ſummam ſcutos quattuor: Si vero fuerit collegium depu‑tatum in caſibus prędictis / ſalarium ſupra taxatum duplicetur. Et non poſſit ſub pęna reſtitutionis tripli vltra accipere: Quod ſolui debeat a parte cõſilium ſapien‑tis petente / eidem reſtituendum ſi obtinuerit a ſuccumbente in fine litis: Niſi par‑tes in ſapientem conſenſerint / Quo caſu / quilibet ſoluat ratam ſuam reſtituendam (vt dictum eſt) a ſuccumbente: Cęterum in cauſis valoris / & eſtimationis a centũ libris infra / ac in cauſis pupillorum Viduarum / & miſerabilium perſonarum conſi‑lium ſapientis peti. nec concedi poſſit / Niſi ab ipſis pupillis / viduis / & miſera‑bilibus perſonis petitum fuerit.

De Pauperibus.

ET quoniam pauperum / & miſerabilium perſonarũ miſereri oportet / Ne ob ino‑piam effectus Iuſtitię retardetur / Auditor generalis. Gubernatores Ciuitatũ Cancellarius / Notarij. Baricelli / & alij officiales quicunque a pauperibus / & miſerabilibus perſonis / pro eorum laboribus. ſcripturis / executionibus / vel alijs qui‑buſcunque / negotijs nihil penitus accipiant: Sed omnia quę ad eorum officium ſpectant / gratis cõcedere debeant: Ac illos omni qua poſſunt charitate & benigni‑tate expediant / eiſque quantum ſine Iuſtitię lęſione fieri poteſt / fauere teneantur.

Et quoniam per pręſentem reformationem intendimus immoderatas & graues officia/lium ſolutiones reſecare & ad debitum modum reducere & non honeſtas & competen/tes mercedes augere & alterare: Ideo per pręſentem declaratur / quod ſi in aliqua ci/uitate ſecundum hodiernum ſtilum & conſuetudinē / vigore ſtatutorū / Priuilegiorū vel aliter in aliquo caſu minus per officiales accipiatur / quā in pręſenti reformatione contentum ſit: Quod in illo caſu non intelligatur per pręſentem reformationem eſſe ſtilo & probatę conſuetudini dictę ciuitatis derogatum: Sed tātum reformationem pręſentem locum habere in his quę ſupra taxatas mercedes excedere videntur: Et in tali caſu officialis ſit contentus ea mercede / quam hactenus accipere conſueuit: Et ſi aliqua quęſtio inter prouinciales & officiales ſuper interpetratione pręſentis refor/mationis oriri contigerit / Pręſes prouincię conſulatur.

Decretum de apellationibus ad Romanam Curiam.

Et ne contingat Prouinciales litibus inuolui & grauibus expenſis depauperari: Pręſenti decreto ſtatuitur / ꝙ ſi aliquis in cauſis a ſumma valoris / vel eſtima/tionis trecentorum ſcutorum infra ad curiam Romanam appellauerit / iuxta priui/legia ſummorum Pontificum / ad parcendum laboribus & expenſis Prouincialib⁹ conceſſa: Et nuper per Sanctiſſimum D. N. Paulum tertium confirmata: non poſ/ſit aliquam citationem vigore ſuę appellationis decretam in perſonam citati per ſe vel alium exequi: Nec aliquis Notarius / vel publica perſona eam intimare ſine li/centia Pręſidis Prouincię / ſub eiuſdem Pręſidis arbitrij pena.

Breue Sanctiſſimi D. N. Pauli iii. Contra receptantes bannitos.

Nos Gregorius Megalottus Dei & Apoſtolicę Sedis gratia Epiſcopus Chiu/ſinus Prouincię Romandiolę & Exarchatus Rauennę Pręſes: Uniuerſis & ſingulis / comitibus / Baronibus / Domicellis & Feudatarijs eiuſdem Prouin/cię Romandiolę & Exarchatus Rauennę ſalutem: Noueritis nuper ex parte Sā/ctiſſimi in Chriſto Patris / & Dn̄i. N. Dn̄i Pauli diuina prouidentia Papę tertij quaſdam litteras in forma Breuis ſub anulo Piſcatoris expeditas / Nobis prę/ſentatas fuiſſe: Illaſqꝫ ea qua decuit reuerentia / Nos recepiſſe huiuſmodi ſub te/nore vz / Paulus Papa tertius. Dilecte fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cū nō ſine animi nr̄i diſplicētia intellexerim⁹ nonnullos comites / Barones & feuda/tarios Prouincię nr̄ę Romādiolę in eoꝝ caſtris / bannitos / homicidas / ac faci/noroſos homines in graue ſcādalū dictę Prouincię & ſedis apoſtolicę vilipendiū re/ceptare. Uolētes (vt ad nr̄m ſpectat officiū) huic malo oportune prouidere / tibi in

Uirtute.

virtute ſanctę obedientię committimus ⁊ mandamus vt Comitibus / Baronib⁹ ⁊
ſeudatarijs prędictis ſub excōmunicationis / rebellionis ⁊ priuationis quorūcūq;
ſeudorum ⁊ caſtrorum / Quę hactenus ab hac ſede obtinuerunt: penis pręcipias /
Ne aliquos bannitos ⁊ homicidas ſub quouis prętextu ⁊ quęſito colore / in dictis
eorum locis receptent aut receptari faciant vel patiantur. Nos enim tibi inobedi/
entes ⁊ rebelles manu regia / penas ⁊ cenſuras prędictas incurriſſe declarādi / agra
uandi ⁊ reaggrauandi / Auxiliumq; tui brachij ſecularis ad hoc adhibēdi / aliaq;
faciendi ⁊ exequendi in pręmiſſis neceſſaria ⁊ oportuna / facultatem ⁊ auctori/
tatem concedimus: Conſtitutionibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis / illorumq; inue/
ſtituris ſub qua vis forma conceſſis ⁊ alijs contrarijs non obſtantibus quibuſcūq;
Datum in Noſtra Ciuitate Peruſię ſub anulo Piſcatoris die xviij. Septembris
1535. Pōtificatus noſtri āno primo / Fabius Vigil. Dilecto filio Gregorio electo
Cluſino Nrę Prouincię Romandiolę ⁊ exarcatus Rauennę Pręſidenti. Noſq;
Gregorius Pręſes pręfatus / tanq̄ obediens filius Volentes mādatis Principis
parere ⁊ illa debitę executioni demādare: Hinc eſt / q̄ dictarū litterarum virtute vo/
bis omnibus ⁊ ſingulis antedictis tenore pręſentium ſub cenſuris ⁊ penis inſupra
inſertis litteris contentis Cōmittimus pręcipimus ⁊ mādamus / quatenus de cę/
tero quouis prętextu / vel quęſito colore nō audeatis neq; pręſumatis / nec aliquis
veſtrum audeat / vel preſumat in veſtris Terris / Caſtris oppidis ⁊ locis / tam pu
blicis / q̄ priuatis / receptare / aut receptari facere / permittere / aut pati / aliquem /
ſeu aliquos ex dicta Prouincia ⁊ exarchatu Rauennę bannitos / vel homicidas
ſine noſtra expreſſa licentia. Notificantes vobis omnibus ⁊ ſingulis ſuprascriptis / ⁊
veſtrum cuilibet in ſolidum / per pręſentes / quod ſi ſecus feceritis / aut alter veſtrū
fecerit / contra vos ⁊ veſtrum quemlibet manu regia iuxta ſeriem / tenorem ⁊ continē
tiam pręinſertarum litterarum ad executionem dictarum cenſurarum ⁊ penarum
omni prorſus reſpectu ceſſante procedem⁹: Volentes ⁊ declarantes / q̄ publicatio
pręſentium litterarum per totam prouinciam in locis publicis per affixionem / copijs
dimiſſis facta / Vos ⁊ veſtrum quemlibet arctet / ac ſi perſonaliter ⁊ magis legiti/
me facta foret. Cum non ſit veriſimile apud vos remanere incognitum id quod om/
nibus tam patenter extitit publicatum. In quorum fidem / ⁊c. Datum in ciuitate
Arimini in palatio nrę reſidentię Die tertia octobris 1535.

Edictum in Fauorem offendentium vel ca pientium bannitos.

AD purgandam Prouinciam melius / ⁊ facinoroſis hominibus / vt his facilius
debitis pęnis puniantur. Per pręſentē reformationem ſtatuitur q̄ omnes dictę
Prouincię pro delicto capitali ⁊ in pęnam capitis condemnati ⁊ banniti / per to/
tam Iuriſdictionem dicte Prouincię diffidati eſſe intelligantur / ita q̄ ab omni/
bus impune offendi ⁊ occidi poſſint: Et talis offendens / vel occidens de qui/
buſcūq; offenſionib⁹ / vulnerib⁹ ⁊ homicidijs in pſonā talių bānitoꝝ cōmiſſis nul/
latenus moleſtari ⁊ inquiri poſſit: Et liceat p Procuratorē de bāno interfecti vel offen/
ſi docere / Quo legitime oſtenſo / debeant Auditores / Gubernatores ⁊ alij iudices

in q̃ſitiones / ⁊ proceſſum gratis caſſare ⁊ circũdare: Si vero talis bãnitus / p aliquẽ in fortiã Curię traditus fuerit / vel eius cõſilio ⁊ auxilio in manus Curię venerit / ſi talis auxilium ⁊ cõſilium pręſtans bannitus erit / de banno eximatur, ⁊ cancelletur, ⁊ ſui banni ⁊ delicti remiſſio gratioſe concedatur, prout tenore pręſentiũ eximimus / Cancellamus / ⁊ remiſſionem gratioſe concedimus. Si autem ille cuius ope ⁊ facto bannitus capitur / in banno poſitus non fuerit: facultatem ⁊ auctoritatem alium bannitum / quem velit / de banno eximendi concedimus / ⁊ impartimur: dũmodo pro crimine leſę maieſtatis / vel rebellionis bannitus non fuerit. Mandantes omnibus dictę Prouincię Iudicibus ⁊ executoribus quibuſcũq;, vt Pręſens noſtrũ decretum, ⁊ publicam fidem inuiolabiliter obſeruent, ⁊ ab alijs obſeruari procurẽt.
Datum Rauennę Kl. Ianuarij. M. D. XXXV.

Edictum contra Profitentes ſe eſſe Guelphos vel ghibellinos.

AD abolendũ ⁊ extirpãdũ abominabile ⁊ humano generi exitiale factionũ nomẽ hoc ꝑpetuo ſemꝑ valituro edicto noſtri Pręſidentatus auctoritate decernim⁹ ⁊ ordinamus ꝙ nemo ex noſtrę Iuriſditioni tam mediate / ꝙ̃ immediate ſubiectis / etiã ſi barones / Comites / ⁊ alterius cuiuſcũq; ſtatus, grad⁹ / vel cõditionis extiterint / de cętero audeat / vel pręſummat / priuatim, vel publicę profiteri aſſerere vel affirmare / ſe eſſe alicuius ſecte / vel factionis Guelphę / vel Ghibullinę / ſeu alteri⁹ cuiuſcũq;: pręterꝙ̃ eccleſiaſticę: Et ſiquis tam audax ⁊ temerarius fuerit / ꝙ alicu⁹ prohibitę factionis nomen ſibi aſſumpſerit, vel illius caput / ſiue fautorem ſe profeſſus fuerit / nunc prout ex tunc / illum tanꝙ̃ hoſtem publicę / ⁊ eccleſiaſticę quietis ⁊ noſtrorum mandatorum rebellem ⁊ cõtemptorem excomunicamus ⁊ maioris excommunicationis vinculo innodamus. Ac infamem ⁊ ad omnes honores ⁊ dignitates tã ſeculares / ꝙ̃ eccleſiaſticas inhabilem eſſe declaramus: Ipſumq; ve indignum ab omnibus actibus ciuilibus / honoribus dignitatibus ⁊ conſortio aliorũ ciuium, amouemus ⁊ priuamus amotumq; ⁊ priuatum eſſe Iudicamus: omnibuſq; bonis Vaſſalis / fęudis Baronijs caſtris ⁊ comitatibus ⁊ alijs quibuſcunq; ex nunc ꝓut extũc priuamus / Illaq; Camerę apoſtolicę applicam⁹ ⁊ incorporam⁹, ⁊ applicata ⁊ incorporata eſſe volumus, Ac mandamus: ⁊ alijs penis pecuniarijs ⁊ corporis afflictiuis noſtro arbitrio ſecũdum qualitatem perſonarũ imponendis ſubijcimus: Mãdãtes omnibus Gubernatoribus / Terrarum ⁊ locorum tam Prouintię Romandiolę ꝙ̃ Exarcatus Rauennę / nunc ⁊ pro tempore exiſtentibus quatenus pręſens noſtrũ edictum in locis publicis per affixionem publicari ⁊ in libris decretorum cõmunitatum ad perpetuam rei memoriam deſcribi faciant: Et poſt ꝙ̃ publicatũ fuerit, cũ primum conſtiterit / quantumcunq; ſummarię aliquem (quod non credimus) huic noſtro decreto contraueniſſe: ſub pena priuationis officij, ac noſtrę ⁊ alioꝝ pro tẽpore Pręſidum indignationis pena / debeant / Nobis prius conſultis / ad executionem pręſentis noſtri ſalutaris decreti omni mora ceſſante procedere: ac nomina illa funeſta, ex quib⁹ tot mortes, tot exilia, tot domorũ ⁊ terrarũ direptiões ꝓceſſerint quãtũ poſſibile eſt, e cordibus ⁊ memoria hominũ eradicare: In quorũ fidem ⁊c. Dat.

Edictum

Edictum contra offendentem aliquem de factione aduerſa ⁊ facientem armatã.

SAne docuit experientia / non aliter malorum hominum prauos conatus reprimi / ⁊ refrenari poſſe / niſi legum / ⁊ penarum ſeueritate coerceātur: Quare cum frequētes querelę Nobis expoſitę fuerint / tantam in cordibus hominum malitiam creuiſſe: vt non modo illos a quibus aliqua iniuria prouocati ⁊ laceſſiti fuerint / vulnerēt ſiue interficiant: Sed omnes aduerſę factionis Guelphę / vel Gibellinę (quos Nos pudet nominaſſe) amicos / beniuolos ⁊ adherentes / ⁊ plerunq₃ innoxios / ⁊ innocentes capitali odio proſequantur / ⁊ occaſionibus quęſitis / illos offendunt: Et ſicariorũ / perditiſſimorumq₃ hominum coadunationem / quam armatam vocant / in ſedis apoſtolicę vilipendium / ac in perniciem ⁊ exidium / nedum aduerſę factionis: Sed Ciuitatum / Terrarum ⁊ locorum precio cōducere procurant: Itaq₃ cum ad noſtrum ſpectet officium / his auſibus temerarijs obuiare: Et prouincię trãquillitatē ⁊ pacem procurare / Ut ſanctę ſedis pręfatę / fideles / ⁊ deuoti ſubditi eccleſiaſtica libertate poſſint liberę gaudere / Pręſenti edicto ſtatuimus / ꝙ ſiquis adeo ſalutis ſuę immemor fuerit / vt aliquem ſub prętextu ꝙ ſit vel eſſe de aliqua factione pręſumatur / offenderit / offendi fecerit / procurauerit / ſiue conſenſerit: Si offenſio fuerit cum armis / ⁊ ſanguine / penam vltimi ſuplitij / ac confiſcationis omnium bonorum ⁊ diffidationis / Itaq₃ ab omnibus offendi poſſit impune / incurrat: Alias qualiscunq₃ offenſio perſonalis fuerit / ſi grauis manus dextra amputetur / ⁊ a' Prouincia arbitrio Pręſidis banniatur: Si leuis / exilio puniatur: Si realis offenſio fuerit / eiuſdem Pręſidis arbitrio mulctetur: Cęterum ſi ad effectu₃ pręductum armatam fecerit numerum decem perſonarum excedentem / eandem vltimi ſuplitij / confiſcationis bonorum ⁊ diffidationis / ac ſi effectus ſequutus fuiſſet / penã incurriſſe intelligatur. Si vero minor numerus fuerit / Pręſes Prouincię / realem / vel perſonalē ſuo arbitrio penam imponat: Declarantes eiſdem cenſuris conſentientes / Auxiliũ ⁊ conſilium pręſtantes / vel receptantes ⁊ qui de numero prędictę armatę fuerint obnoxios eſſe debere: Et Gubernatores locorum / talium facinorum culpabiles repertos / conſulto prius Pręſide Prouincię / penis pręſentis decreti ferire omni qua poſſunt ſolicitudine procurēt. Datũ Rauēnę Kl. Iãnuarij. M D X X X V.

Edictum contra Agnatos penam pro delinquente ſoluentes.

ET Quoniam a' fidedignis accepimus in non nullis locis noſtrę Iuriſditionis vz in Terra Briſighellę / ⁊ Valle Hamonis / Ac in comitatu fauentię / ⁊ Ciuitatis Immolę / inter alicuius agnationis conſanguineos / ⁊ affines / pacta / ⁊ conuentiones fieri / quod ſi aliquem de agnatione / delinquere / ⁊ delicti penam ſoluere contigerit / omnes eiuſdem parentelę / ratam penę / pro delinquente ſoluere teneantur. Et cum ex huiuſmodi conuentionibus / ⁊ pactis incen/

tiuum / ⁊ occaſio detur delinquendi / ⁊ exinde ꝙ̃ plurima ſcādala oriantur / Volētes quantum in Nobis eſt / huic malo oportune prouidere / ⁊ futuris ſcādalis occurrere: Per pręſentem reformationem / ⁊ edictum / contractus, pacta / ⁊ conuentiones pręd ictas / ac tales prauas cōſuetudines ⁊ abuſus / tollimus, caſſamus, / irritamus ⁊ viribus euacuamus: Ac omnia pręd icta caſſa, nulla / ⁊ irrita eſſe declaram⁹: Mādantes omnibus ⁊ ſingulis noſtrę Iuriſdictioni ſubiectis / ne in futurum audeant ſiue pręſumāt publice / vel occulte, tales cōuētiones ⁊ pacta facere nec illis quouis quęſito colore / directe / vel indirecte cōſentire, neqꝫ his modo aliquo in Iuditio vel extra vti vel allegare: Et ſiquis pręſenti decreto contrauenerit / ſi eſt pater familias, penā centū ſcutorū incurrat, pro trib⁹ partib⁹ Camerę apoſtolicę / pro reliqua accuſatori vel denuntiatori aplicādorū: Si vero filius familias fuerit / trib⁹ ictibus funis publice pulſetur / ⁊ Pręſidis arbitrio a Prouintia exul eſſe intelligatur: Et funis penam redimere nō poſſit / Niſi infra decē dies, ſcutos quīquaginta (vt ſupra, aplicādos) ſoluerit cum effectu: Et Gubernatores locorum pręd ictorū pręſens edictum in eorū Iuriſdictione publicari / ⁊ omnibus inſinuari procurent.

Datum Rauennę Kl Januarij. M D XXXv.

Edictum contra offendentem aliquem de agnatione offendentis.

CEterum non ſine animi noſtri diſplicentia audiuimus in locis pręd ictis, ob quādā prauam ⁊ iniquam conſuetudinem: Si offenſionem aliquam fieri cōtingeret / inimicitiam / quę inter offendentē / ⁊ offenſum oritur / Nedū attinentes in primo gradu Sed omnes de eadem agnatione, ⁊ conſanguinitate, efferata quadā rabie ⁊ inhumanitate / vulnerib⁹ ⁊ homicidijs inuoluere: Unde plerūqꝫ euenit, vt inſontes, ⁊ nihil mali molientes vulnerentur occidanturqꝫ: Et plurima ſcandala, ⁊ agnationum / ac domorum excidia, ⁊ ruinę naſcantur. Quare his malis finem imponere cupientes Pręſenti decreto malam illam cōſuetudinem / ⁊ abuſum, tollimus, irritamus ⁊ penitus abolemus: Ac inimicitiam inter offenſum / ⁊ offendentem, tantum remanere ⁊ eſſe volumus / ⁊ declaramus: Neqꝫ illam offenſi / ⁊ offendētis / perſonas trāſgredi poſſe / neqꝫ debere: Sed inter illorū cōſanguineos / agnatos ⁊ affines / qui offenſionis factę participes non fuerint / pacem amiciciam, ⁊ concordiam / eandem remanere, quę inter eos ante ſecutam offenſionem / ⁊ iniuriā fuerat: Et ſi quis tam audax ⁊ temerarius fuerit, ꝙ pręte xtu dictę offenſionis, aliquem de agnatione offenſoris quo quo modo cū armis / ⁊ ſanguine offenderit / ſiue offendi procurauerit / pena capitis ⁊ mortis naturalis, ⁊ confiſcationis omnium bonorū irremiſſibiliter / ⁊ abſqꝫ ſpe venię incurrat: Sed ſi offenſio ſine ſanguine / ſed cum armis facta fuerit / ſi grauis fuit offenſio manus dextra amputetur, ⁊ a Prouintia bandiat: Si vera leuis penā centū ſcutorū / cū effectu Camerę apoſtolicę ſoluat: alias trib⁹ ictibus funis pulſetur: Et talis ſic offendens a tota prouincia perpetuo bāditus / ⁊ ab agnatione ⁊ cōſanguinitate ſua penitus excluſus eſſe intelligatur: Itaqꝫ non poſſit tanꝙ̃ in famis amplius in illam agnationem / ⁊ conſanguinitatem admitti / vel recipi / nec nominari vel modo aliquo cenſeri: Sed illius agnationis / ⁊ conſanguinitatis nomen penitus amittat: Et ſi quis talem offendentem, in agnatum / ⁊ conſanguineum / ſeu

alias

alias recognoverit / admiſerit / vel receperit vel eidem auxilium vel opem aliquã preſtiterit Si eſt pater familias penã centum ſcutorum incurrat / Si filius familias quinquaginta / Quos ſi cum primum in fortiam curię venerit / infra decem dies nõ ſolverit / incorporalem penam arbitrio Pręſidis commutetur. Et ſimiliter omnes confederationes / ⁊ uniones inter dictas agnationes / de ſibi ipſis ad invicem auxiliũ pręſtãdo / vel alias quomodolibet factas / diſſolvimus / ⁊ annullamus. Ac in futurũ illas fieri prohibemus. Et ſiquis illarum vigore aliquid fecerit / vel ab alio exegerit / ſeu tales confederationes / ⁊ uniones ſequutus fuerit / ⁊ illas ſervari / vel denuo fieri procuraverit / eaſdem penas pecuniarias (ut dictũ eſt) ipſo facto incurrat. Et Gubernator loci Pręſens noſtrum edictum omni mora / ⁊ reſpectu ceſſante contra inobedientes exequatur. Declarantes per quamcunqꝫ penarũ applicationẽ in pręſenti reformatione factam Indultis ⁊ privilegiis Civitatum / quibus aliqua pars penę debetur / in aliquo non fuiſſe / vel eſſe intentionis noſtrę pręiudicare.

Datũ Ravennę Kl. Ianuarij M D XXXvi.

Finis.

Impreſſum Ceſenę p Conſtantinum Ravertum. 1536. Die 22. Martij.

ROMA

Digitized by Google